ISSN: 0213-2052

# TEXTO DE LA *LEX VRSONENSIS*

## *The text of the* Lex Vrsonensis

A.U. STYLOW

BIBLID [0213-2052 (1997) 15, 269-301]

CIL II²/5, 1022 (= CIL II 5439. 5439a. p. 1038= CIL I² 5694 cf. p. 724. 833. 916 sq.; Eph. Epigr. II p. 105-151.0221-232; Eph. Epigr. III p. 87-112 cf. Eph. Epigr. VIII p. 527; Eph. Epigr. IX p. 83. 91)

De las originariamente nueve tablas de bronce —una compuesta de dos partes de tres columnas, seis de dos partes de dos y tres columnas respectivamente y dos de tres columnas— se conservan dos enteras (tab. V y VII), la parte anterior de una tercera (tab. IX) y una serie de fragmentos de una cuarta (tab. VIII), todas hoy en el M.A. N. de Madrid. Una copia moderna de col. 21 con las l. 1-10 (CIL II 5439a cf. I² p. 916; F. Diego Santos, Epigrafía romana de Asturias, Oviedo 1959, 240 n. 4) se conserva en The John Hopkins University Archaeological Collection, otra copia reciente de la parte anterior de tab. V en el Museo Arqueológico Municipal de Puente Genil (Córdoba).

**Tab. I-IV col. 1-18 cap. I-LXI in. están perdidas.**

Tab. V col. 19-24 cap. LXI ex. - LXXXII in. Parte a (n. inv. 16736)
59-58 x 90,7-90,2 x 0,4/0,5 cm. Parte b (n. inv. 16736 *bis*)
58/58,5 x 90-92,5 x 0,4/0,5 cm.

- - - - - -
*[- - - cui quis ita ma]-*

**Col. 19**

*num ◦ inicere iussus ◦ erit ◦, iudicati iure ◦ man-*

© Ediciones Universidad de Salamanca 

*us ∘ iniectio esto ∘ itque ∘ ei ∘ s(ine) ∘ f(raude) ∘ s(ua) ∘ facere ∘ liceto. Vin-*
*dex ∘ arbitratu ∘ IIviri ∘ qui{q}ve ∘ i(ure) ∘ d(icundo) ∘ p(raerit) ∘ locuples*
*esto. Ni vindicem ∘ dabit ∘ ìudicatum ∘ {q}ve ∘ faci-*
*et, secum ducito ∘. iure civili vinctum ∘ habeto.*
*Si quis ∘ in eo ∘ vim ∘ faciet ∘, ast ∘ eìus ∘ vincitur ∘, du-*
*pḷi ∘ damnas ∘ esto ∘ colonis ∘ q(ue) eius ∘ colon(iae) ∘ ⊂sestertium⊃*
*⊂XX milia⊃ ∘ d(are) ∘ d(amnas) ∘ esto ∘, eìusque ∘ pecunìae ∘ cui vo-*
*let ∘ petitio, IIvir(o) qui ∘ {q}ve ì(ure) ∘ d(icundo) ∘ p(raerit) ∘ exactio ∘ ìudicati-*
*oque esto.*
LXII | | *IIviri ∘, quicumque erunt ∘, i⌜is⌝ IIviri<s> ∘ in eos ∘ singulos*
*lictores ∘ binos ∘, accensos ∘ sing(ulos) ∘, scribas ∘ bi-*
*nos ∘, viatores ∘ binos ∘, librarium ∘, praeconem,*
*haruspicem, tibicinem ∘ habere ∘ ius ∘ potestas-*
*que esto ∘, quique ∘ ìn ea colonia ∘ aedil(es) ∘ erunt,*
*iis ∘ aedil(ibus) ∘ in eos ∘ aedil(es) ∘ sing(ulos) ∘ scribas ∘ sing(ulos) ∘, publi-*
*cos ∘ cum ∘ cincto limo ∘ IIII ∘, praeconem ∘, haruspi-*
*cem ∘, tibicinem ∘ habere ius potestasq(ue) ∘ esto ∘. Ex eo*
*numero ∘, qui ∘ eìus ∘ coloniae ∘ coloni erunt ∘, habe-*
*to ∘. Iisque IIvir(is) ∘ aedilibusque, dum ∘ eum ∘ mag(istratum) ∘ ha-*
*bebunt ∘, togas ∘ praetextas ∘, funalia ∘, cereos ∘ ha-*
*bere ∘ ius potestasq(ue) ∘ esto ∘. Quos ∘ quisque ∘ eo-*
*rum ita ∘ scribas ∘ lictores ∘ accensos ∘ viatorem*
*tibicinem haruspicem ∘ praeconem ∘ habebit ∘, iìs*
*omnibus ∘ eo ∘ anno ∘, quo ∘ anno ∘ quisque ∘ eorum*
*apparebit ∘, militiae ∘ vacatio ∘ esto ∘, neve ∘ quis ∘ e-*
*um ∘ eo ∘ anno ∘, quo ∘ mag(istratibus) ∘ apparebit ∘, invitum*
*militem ∘ facito ∘ neve ∘ fieri ∘ ìubeto ∘ neve ∘ eum*
*cogito ∘ neve ∘ ius ∘ iurandum ∘ adigito ∘ neve ∘ a-*
*digi ∘ iubeto ∘ neve ∘ sacramento ∘ rogato ∘ neve*
*rogari ∘ iubeto ∘, nisi ∘ tumultus ∘ Italici ∘ Gallici-*
*ve ∘ causa. Eisque ∘ merces ∘ in eos ∘ singul(os) ∘, qui ∘ IIvi-*
*ris ∘ apparebunt ∘, tanta ∘ esto ∘, ìn scribas ∘ sing(ulos)*
*⊂sestertium⊃ ⊂mille⊃CC ∘, ìn ∘ accensos ∘ sing(ulos) ∘ ⊂sestertium⊃ ~~D~~CC ∘, ìn lictores*
*sing(ulos) ⊂sestertium⊃ ~~D~~C, ìn viatores ∘ sing(ulos) ∘ ⊂sestertium⊃ CCCC, ìn libra-*
*rios sing(ulos) ⊂sestertium⊃ CCC ∘, ìn haruspices ∘ sing(ulos) ⊂sestertium⊃ ~~D~~, prae-*
*coni ⊂sestertium⊃ CCC ∘, qui ∘ aedilib(us) ∘ appareb(unt) ∘, in ∘ scribas sing(ulos) ∘ ⊂sestertium⊃ ~~D~~CCC,*
*in ∘ haruspices ∘ sing(ulos) ∘ ⊂sestertium⊃ C, ìn tì-*

Ante v. 1 suppl. Hübner, aliter *[- - - si quis ita ma]* suppleri posse adnotavit Crawford. - 3 QVIQVE, - 4 IVDICATVMQVE aes. - 7 scriptum ~~HS~~ CCIↃↃ. - 9 QVIQVE, - 11 IK IIVIRI aes, II IIVIRI visa sunt Crawford. - 27 MAC visum est Hübner in aere, unde em. - 34 ↀ scriptum pro *mille*. - 38 pro ~~HS~~ C Mommsen maluit ~~HS~~ D.

**Col. 20**

*bicines singul(os) ∘ ⊂sestertium⊃ ∘ CCC, ìn*
*praecones ∘ sing(ulos) ∘ ⊂sestertium⊃ CCC,*
*iìs ∘ s(ine) ∘ f(raude) ∘ s(ua) ∘ kapere ∘ liceto.*

LXIII | | *IIviri ∘, qui primi ∘ ad ∘ pr(idiem) ∘ K(alendas) ∘ Ianuar(ias) ∘*
*mag(istratum) ∘ habebunt ∘, appari-*
*tores ∘ totidem ∘ habento ∘, <quot>*
*sing(ulis) ∘ apparitores ∘ ex ∘ h(ac) ∘ l(ege) ∘ ha-*
*bere ∘ licet{o} ∘. Iìsque ∘ apparitorib(us) ∘ merces tanta ∘ esto,*
*quantam ∘ esse ∘ oporteret ∘, si ∘ partem ∘ IIII anni ∘ a⌜ppar⌝-*
*uissent ∘, ut ∘ pro ∘ portione ∘, quam diu ∘ apparuissẹnt, mer-*
*cedem ∘ pro eo ∘ kaperent ∘ itque ∘ iìs ∘ s(ine) ∘ f(raude)*
*s(ua) ∘ c(apere) ∘ l(iceto) ∘.*

LXIIII | | *IIviri, ∘ quicumque ∘ post ∘ colon(iam) deductam ∘ erunt ∘, iì ∘ in ∘ die-*
*bus ∘ X ∘ proxumis ∘, quibus ∘ eum ∘ mag(istratum) ∘ gerere ∘*
*coeperint ∘, at decuriones ∘ referunto ∘, cum ∘ non ∘ minus ∘ duae ∘*
*partes*
*ader⌜u⌝nt ∘, quos ∘ et ∘ quot ∘ dies ∘ festos ∘ esse ∘ et ∘ quae ∘ sacra*
*fieri ∘ publice ∘ placeat ∘ et ∘ quos ∘ ea ∘ sacra facere ∘ place-*
*at ∘. Quot ∘ ex ∘ eis ∘ rebus ∘ decurionum ∘ maìor ∘ pars ∘, quì*
*tum ∘ aderunt ∘, decreverint ∘ statuerint ∘, it ∘ ìus ratum-*
*que ∘ esto ∘ eaque ∘ sacra ∘ ei ∘ que ∘ dies ∘ festi ∘ in ea ∘ colon(ia)*
*sunto.*

LXV | | *Quae ∘ pecunia ∘ poenae ∘ nomine ob ∘ vectigalia ∘, quae*
*colon(iae) ∘ G(enetivae) ∘ Iul(iae) ∘ erunt ∘, in publicum ∘ redacta ∘ erit ∘,*
*eam*
*pecuniam ∘ ne quis ∘ erogare ∘ neve ∘ cui ∘ dare ∘ neve ∘ attri-*
*buere ∘ potestatem ∘ habeto ∘ nisi ∘ at ea sacra ∘, quae ìn*
*colon(ia) ∘ aliove ∘ quo ∘ loco ∘ colonorum ∘ nomine fia<n>t,*
*neve ∘ quis ∘ aliter ∘ eam ∘ pecuniam ∘ s(ine) ∘ f(raude) ∘ s(ua) ∘ kapito*
*∘ nẹve ∘ quis*
*de ∘ ea ∘ pecunia ∘ ad decurìones ∘ referundi ∘ neve ∘ quis*
*de ∘ ea ∘ pecunia ∘ sententiam ∘ dicendi ∘ ìus ∘ poṭestat(em)-*
*que habeto ∘. Eamque ∘ pecuniam ∘ ad ea ∘ sacra ∘, quae*
*in ea ∘ colon(ia) ∘ aliove quo ∘ loco colonor⌜um⌝ nomine*
*fient ∘, IIviri s(ine) ∘ f(raude) ∘ s(ua) ∘ dato ∘ attribuito ∘ ìtque ∘ ei ∘*
*facere*
*ìus ∘ potestasq(ue) ∘ esto ∘. Eique, cui ∘ ea pecunia ∘ dabi-*

© Ediciones Universidad de Salamanca 

*tur ∘, s(ine) ∘ f(raude) ∘ s(ua) kapere liceto.*
LXVI | | *Quos pontikfices quosque augures G(aius) ∘ Caesar quive*
*ìussu eius colon(iam) ∘ deduxerit ∘, fecerit ∘ ęx colon(ia) Ge-*
*net(iva) ∘, ei ∘ ponṭifices ∘ eique ∘ augures ∘ c(oloniae) ∘ G(enetivae) ∘*
*I(uliae) ∘ sunto ∘, eiq(ue)*
*ponṭi[fi]ces auguresque ìn pontificum ∘ augu-*
*rum ∘ conlegio in ∘ ea ∘ colon(ia) ∘ sunto ∘, ita uti ∘ quì*
*optima ∘ lege ∘ optumo ∘ ìure ∘ in ∘ quaque ∘ colon(ia)*
*pontif(ices) ∘ augures ∘ sunt ∘ erunt ∘. Iìsque ∘ pontificibus*
*auguribusque ∘, qui ∘ in quoque ∘ eorum collegio*
*erunt, liberisque ∘ eorum ∘ militiae ∘ munerisq-*

2 fortasse *<itque>* ∘ *iis* Mommsen conferens v. 8. - 4 *quot* addidit Mommsen. - 6/7 ARRIP | VISSENT aes, em. Hübner. - 8 in. intellegendum *pro ea* (scil. *portione*), cf. Crawford 1996, 19. - 9 post *deductam* excidisse *primi* suspicatus est Crawford. - 12 ADERINT aes, em. Crawford. - 22 FIAT aes. - 27 COLONORI aes, em. Hübner. - 35 PONII[- 2 -]CES aes.

**Col. 21**

*ue public⌜i⌝ vacatio ∘ sacro ∘ sanctius ∘ esto ∘, utì ∘ pon-*
*tifici ∘ Romano ∘ est ∘ erit, <a>e<r>aque militaria ∘ ei ∘ omni-*
*a ∘ merita sunto. De auspicìis, quaeque ad eas res ∘ per-*
*tinebunt ∘, augurum ∘ iuris ∘ dictio ∘ ìudicatio ∘ esto ∘. Eis-*
*que ∘ pontificib(us) ∘ auguribusque ∘ ludis ∘, quot ∘ publice ma-*
*gistratus facient ∘, et cum ∘ ei pontific(es) ∘ augures ∘ sa-*
*cra ∘ publica ∘ c(oloniae) ∘ G(enetivae) ∘ I(uliae) ∘ facient ∘,*
*togas ∘ praetextas haben-*
*di ius ∘ potestasq(ue) ∘ esto. Eìsque ∘ pontificib(us) augurib(us) ∘ -*
*q(ue) ludos gladiatoresq(ue) inter decuriones specta-*
*re ius ∘ potestasque esto.*
LXVII | | *Quicumque pontif(ices) ∘ quique ∘ augures ∘ c(oloniae) ∘ G(enetivae) ∘*
*I(uliae) ∘ post ∘ h(anc) ∘ l(egem) da-*
*tam in ∘ conlegium pontific(um) ∘ augurumq(ue) ∘ in demor-*
*tui ∘ damnative ∘ loco ∘ h(ac) l(ege) ∘ lectus ∘ cooptatusve ∘ erit,*
*is pontif(ex) ∘ augurq(ue) ∘ ìn ∘ c(olonia) ∘ Iul(ia) ∘ ìn*
*conlegium ∘ pontifex*
*augurq(ue) ∘ esto, ita ∘ uti ∘ qui ∘ optuma ∘ lege ∘ ìn quaque*
*colon(ia) ∘ pontif(ices) auguresq(ue) ∘ sunt ∘ erunt ∘. Neve quis*
*quem ∘ in ∘ conlegium pontificum kapito suble-*
*gito ∘ cooptato nisi ∘ tunc ∘, cum ∘ minus ∘ tribus pon-*
*tificib(us) ∘ ex ∘ iìs, qui ∘ c(oloniae) G(enetivae) ∘ sunt ∘, erunt ∘. Neve*
*quis ∘ quem*
*in ∘ conlegium ∘ augurum sublegito cooptato ∘ ni-*
*si tum, cum minus ∘ tribus auguribus ∘ ex ∘ eis, qui*
*colon(iae) ∘ G(enetivae) ∘ I(uliae) ∘ sunt, erunt.*

© Ediciones Universidad de Salamanca 

*LXVII<I>* | | *IIviri* ∘ *praef(ectus)ve* ∘ *comitia* ∘ *pontific(um)* ∘ *augurumq(ue)* ∘,
*quos* ∘ *h(ac)* ∘ *l(ege)*
*⌜fac⌝ere* ∘ *oportebit* ∘, *ịta habeto prodi⌜c⌝ito, ita utì*
*IIvir(um) creare facere sufficere* ∘ *h(ac)* ∘ *l(ege)* ∘ *o(portebit).*
*LXIX* | | *IIviri* ∘, *qui* ∘ *post* ∘ *colon(iam)* ∘ *deductam primi* ∘ *erunt* ∘, *iì* ∘ *in su-*
*o* ∘ *mag(istratu)* ∘ *et* ∘, *quicumq(ue)* ∘ *IIvir(i)*
*in* ∘ *colon(ia)* ∘ *Iul(ia)* ∘ *erunt* ∘, *iì* ∘ *in*
*diebus* ∘ *LX* ∘ *proxumis* ∘, *quibus* ∘ *eum* ∘ *mag(istratum)* ∘ *gerere coe-*
*perint* ∘, *ad decuriones* ∘ *referunto* ∘, *cum* ∘ *non* ∘ *minus*
*XX* ∘ *aderunt* ∘, *uti redemptori* ∘ *redemp* ∘ *toribusque,*
*qui ea redempta* ∘ *habebunt* ∘, *quae* ∘ *ad sacra* ∘ *resq(ue)*
*divinas* ∘ *opus* ∘ *erunt* ∘, *pecunia ex* ∘ *lege* ∘ *locationis*
*adtribuatur solvaturq(ue)* ∘, *neve* ∘ *quisquam* ∘ *rem ali-*
*am* ∘ *at* ∘ *decuriones* ∘ *referunto* ∘ *neve quot* ∘ *decuri-*
*onum* ∘ *decret(um) faciunto* ∘, *antequam* ∘ *eis* ∘ *redemp-*
*toribus* ∘ *pecunia ex lege locationis* ∘ *attribuatur*
*solvaturve* ∘ *d(ecurionum) d(ecreto), dum* ∘ *ne minus* ∘ *XXX atsint* ∘, *cum*
*e(a) r(es)* ∘ *consulatur. Quot* ∘ *ita* ∘ *decreverint, eì* ∘ *IIvir(i)*

1 PVBLICE aes. - Pro SANCTIVS *sanct⌜a⌝* coniecit Mommsen - 2 EA ∘ QVE aes. - 14/15 corrigendum fortasse *pontificum augurumque* proposuit Crawford. - 15 *optumo iure* suppl. González ex cap. LXV. - 21 ~~HS~~ pro *eis* aes. - 24 LXVII, pro *facere* HABERE aes, em. Mommsen; ITA ante HABETO del. Hübner; PRODIGITO aes. - 27 ex. II del. Hübner. - 30 QVE del. Hübner.

**Col. 22**

*ṛedem⌜p⌝tori* ∘ *redemptoribus* ∘ *attribuendum*
*solvendumque curato* ∘, *dum* ∘ *ne* ∘ *ex* ∘ *ea* ∘ *pecunia*
*solvant* ∘ *adtribuant* ∘, *quam* ∘ *pecuniam* ∘ *ex* ∘ *h(ac)* ∘ *l(ege)* ∘
*[ad] ẹa sacra* ∘, *quae* ∘ *ìn* ∘ *colon(ia)* ∘ *alịove* ∘ *quo* ∘ *loco* ∘ *pu-*
*blice* ∘ *fiant* ∘, *darì* ∘ *adtribui* ∘ *oportebit.*
*[L]XX* | | *IIviri, quicu[m]que* ∘ *erunt* ∘, *ei* ∘ *praeter* ∘ *eos, qui primì*
*post* ∘ *h(anc)* ∘ *l(egem) [fa]cti* ∘ *erunt* ∘, *ei* ∘ *ìn suo* ∘ *mag(istratu)* ∘ *munus*
*lu-*
*dosve* ∘ *scaenicos* ∘ *Iovi* ∘ *Iunoni* ∘ *Minervae* ∘ *dẹìs*
*deabusq(ue)* ∘ *quadriduom* ∘ *m(aiore)* ∘ *p(arte)* ∘ *dieì quot eius fie-*
*ri* ∘ *⌜poter⌝it* ∘, *arbitratu* ∘ *decurionum faciun-*
*to* ∘ *inque* ∘ *eis* ∘ *ludis* ∘ *eoque* ∘ *munere* ∘ *unusquis-*
*que* ∘ *eorum* ∘ *de* ∘ *sua* ∘ *pecunia* ∘ *ne* ∘ *minus* ∘ *⊂sestertium⊃ ⊂bina*
*milia⊃*
*consumito* ∘ *et* ∘ *ex* ∘ *pecunia* ∘ *publica* ∘ *in* ∘ *sing(ulos)*
*IIvir(os)* ∘ *d(um)* ∘ *t(axat)* ∘ *⊂sestertium⊃ ⊂bina milia⊃*
*sumere* ∘ *consumere ḷic̣eto i⌜t⌝-*

© Ediciones Universidad de Salamanca 

*que eis ◦ s(ine) ◦ f(raude) ◦ s(ua) ◦ facere ◦ liceto ◦, dum ◦ ne*
*quis ◦ ex ◦ ea*
*pecun(ia) ◦ sumat ◦ neve ◦ adtributionem ◦ faciat,*
*quam ◦ pecuniam ◦ h(ac) ◦ l(ege) ◦ ad ◦ ea ◦ sacra ◦, quae ìn co-*
*lon(ia) ◦ aliove ◦ quo ◦ loco public{a}e ◦ fient ◦, dari*
*adtribui ◦ oportebit.*
*LXXI* | | *Aediles ◦, quicumq(ue) ◦ erunt ◦, in ◦ suo ◦ mag(istratu) munus ◦ lu-*
*dos<ve> ◦ scaenicos ◦ Iovi ◦ Iunoni ◦ Minervae ◦ tri-*
*duom ◦ maiore ◦ parte ◦ diei ◦, quot ◦ eius ◦ fieri ◦ pote-*
*rit ◦, et ◦ unum ◦ diem ◦ in circo ◦ aut ◦ in foro ◦ Veneri*
*faciunto ◦, ìnque ◦ eis ◦ ludis ◦ eoque ◦ munere ◦ unus-*
*quisque ◦ eorum ◦ de sua ◦ pecunia ◦ ne minus ◦ ⊂sestertium⊃ ⊂bina*
*milia⊃*
*consumito ◦ de<q>ue ◦ publico ◦ ìn ◦ sing(ulos) ◦ aedil(es) ◦ ⊂sestertium⊃*
*⊂singula milia⊃*
*sumere ◦ lịceto ◦, eamq(ue) pecuniam ◦ IIvir praef(ectusve)*
*dandam adtribuendam ◦ curanto ◦ iṭquẹ ìis*
*s(ine) ◦ f(raude) ◦ s(ua) ◦ c(apere) liceto.*
*LXXII* | | *Q̣uotcumque ◦ pecuniae ◦ stipis ◦ nomine ◦ in aedis*
*sacras ◦ datum ◦ ì ◦ nlatum ◦ erit ◦, quot ◦ eius ◦ pecuni-*
*ae ◦ eis ◦ sacr{i}ìs ◦ super ◦ fuerit ◦, quae ◦ sacra ◦,*
*uti ◦ h(ac) ◦ l(ege) ◦ ⌜f(ieri)⌝ ◦*
*oportebit ◦, eị ◦ deo ◦ deaeve ◦, cuìus ◦ ea ◦ aedes ◦ erit ◦, fac-*
*ta ◦ ⌜fuerint⌝, ne quis ◦ facito ◦ neve ◦ curato ◦ neve ◦ ìnterce-*
*dito, quo minus ◦ in ea aede ◦ consumatur ◦, ad*
*quam aedem ◦ ea ◦ pecunia ◦ stipis ◦ nomìne ◦ da-*
*ta ◦ conlata erit ◦, neve ◦ quis eam ◦ pecuniam ◦ alìo*
*consumito ◦ nẹ[v]e quis ◦ facito ◦, quo ◦ magis ìn*

Fragmentum initia v. 1-3 et 6 continens postea eodem loco atque tabulae cet. comparuit in effossionibus institutis. - 1 litt. P in REDEMPTORI fortasse ex I correcta. - 4 *[ad e]a* Hübner, González. - 7 *[le]cti* Hübner II 5439 in im. typogr., qui litt. EI delevit. - 10 OPORIEBIT aes pro *poterit*, quod em. Mommsen. - 12 et 25 ~~HS~~ ↀↀ scriptum. - 14 IIS aes. - 20/21 *lu*|*dos<ve>* addidit Crawford ex v. 6. - 26 *de<q>ue* em. Crawford. - 32 litt. P in SVPER corr. in B in aere. VTI ◦ H ◦ L ◦ D aes, *d(ata)* solvit Hübner, *⌜f(acere)⌝* em. Frederiksen 1965, 190 adn. 36, *⌜f(ieri)⌝* Crawford. - 34 IT pro *fuerint* aes, em. Mommsen. - 38 *ne[ve]* Hübner II 5439 in im. typogr., Mommsen I² 594, *neve* González ex restitutione.

**Col. 23**

*alia ◦ re consumatur ◦.*
*LXXIII* | | *Ne quis ◦ intra ◦ fines ◦ oppidi colon(iae)ve ◦, qua aratro*
*circumductum ◦ erit ◦, hominem ◦ mortuom*
*inferto ◦ neve ◦ ibi ◦ humato ◦ neve ◦ urito ◦ neve ◦ homi-*

*nis mortui ∘ monimentum ∘ aedificato ∘. Si quis adversus ∘ ea ∘ fecerit ∘, is ∘ c(olonis) ∘ c(oloniae) ∘ G(enetivae) ∘ Iul(iae) ∘ ⊂sestertium⊃ ⊂V milia⊃ ∘ d(are) ∘ d(amnas) ∘ esto, eiusque ∘ pecuniae ∘ cui ∘ volet ∘ petitio ∘ persecu-tio ex <h>ac ⌜lege⌝ ∘ esto ∘. Itque ∘, quot ∘ inaedificatum erit ∘, IIvir ∘ aedil(is) ∘ ve ∘ dimoḷiendum curanto. Si adversus ∘ ea mortuus ∘ ìnlatus positusve ∘ erit, expianto ∘ uti oportebit.*

*LXXIV || Ne quis ∘ ustrinam ∘ novam, ubi ∘ homo mortuus combustus ∘ non ∘ erit ∘, prop{r}ius oppidum pas-sus ∘ Đ ∘ facito ∘. Qui ∘ adversus ∘ ea ∘ fecerit ∘, ⊂sestertium⊃ ⊂V milia⊃ ∘ c(olonis) ∘ c(oloniae) ∘ G(enetivae) ∘ Iul(iae) ∘ d(are) ∘ d(amnas) ∘ esto ∘, eiusque ∘ pecuniae ∘ cui ∘ volet ∘ peti-tio ∘ persecutioq(ue) ∘ ex ∘ h(ac) ∘ l(ege) esto.*

*LXXV || Ne quis ∘ in oppido ∘ colon(ia) ∘ Iul(ia) ∘ aedificium ∘ detegito neve ∘ demolito ∘ neve ∘ disturbato ∘, nisi ∘ si ∘ praedes IIvir(um) ∘ arbitratu ∘ dederit ∘ se ∘ re⌜d⌝aedificaturum ∘, aut nisi ∘ decuriones ∘ decreverint ∘, dum ∘ ne ∘ minus L ∘ ad-sint ∘, cum ∘ e(a) ∘ r(es) ∘ consulatur ∘. Si quis ∘ adversus ∘ ea ∘ fece<rit>, q(uanti) ∘ e(a) ∘ r(es) ∘ e(rit) ∘, t(antam) ∘ p(ecuniam) ∘ c(olonis) ∘ c(oloniae) ∘ G(enetivae) ∘ Iul(iae) ∘ d(are) ∘ d(amnas) ∘ e(sto), eìusq(ue) ∘ pecuniae ∘ qui ∘ volet ∘ pe-titio ∘ persecutioq(ue) ∘ ex ∘ h(ac) ∘ l(ege) ∘ esto.*

*LXXVI || Figlinas ∘ teglarias ∘ maiorẹs ∘ tẹgularum ∘ CCC ∘ tegu-lariumq(ue) ∘ in oppido ∘ colon(ia) ∘ Iul(ia) ∘ ne quis ∘ habeto. Quì habuerit ∘, it{a} ∘ aedificium isque locus publicus colon(iae) ∘ Iul(iae) ∘ esto, eiusq(ue) ∘ aedificiì ∘, quicumque ∘ ìn ∘ c(olonia) ∘ G(enetiva) ∘ Iul(ia) ∘ i(ure) ∘ d(icundo) ∘ p(raerit) ∘, s(ine) ∘ d(olo) ∘ m(alo) eam ∘ pecuniam in publicum ∘ redigito.*

*LXX||VII || Si qu⌜a⌝s vias fossaṣ ∘ cloacas ∘ IIvir aedil(is)ve ∘ publice facere inmittere ∘ commutare ∘ aedificare mu-nire intra eos ∘ fines, qui colon(iae) ∘ Iul(iae) ∘ erunt ∘, volet, quot ∘ eius sine ∘ iniuria ∘ privatorum ∘ fi ∘ et ∘, it ∘ is ∘ face-re ∘ liceto.*

*LXXIIX || Quae ∘ viae ∘ publicae ∘ ìtinerave ∘ publica ∘ sunt ∘ fuerunt intra ∘ eos ∘ fines ∘, qui ∘ colon(iae) ∘ dati ∘ erunt ∘, quicumq(ue) limites quaeque ∘ viae ∘ quaeque ∘ ìtinera ∘ per ∘ eos a-gros ∘ sunt ∘ erunt ∘ fueruntve ∘, eae ∘ viae ∘ eique ∘ limites eaque ∘ ìtinera ∘ publica sunto.*

*LXXIX || Qui ∘ fluvi ∘ rivi ∘ fontes ∘ lacus ∘ aquae ∘ stagna ∘ paludes sunt ∘ in ∘ agro ∘, qui ∘ colon(is) ∘ h[u]ịus ∘ c(e) ∘ colon(iae) divisus*

© Ediciones Universidad de Salamanca 

2 litt. VE fortasse delendae sunt, cf. v. 25. - 6 ~~HS~~ IƆƆ scriptum. - 8 EXACTIOQ aes, em. Crawford, quia privatis exactio non fuisset. - 13 ~~HS~~ IƆƆ scriptum. - 19 RERAEDIFICATVRVM aes, em. Hübner, ⌜*p*⌝*eraedificaturum* maluit Mommsen. - 27 post AEDIFICII quaedam excidisse visa sunt Mommsen, EE III p. 112, qui expectavit talia: *eiusq(ue) aedificii [qui volet petitio esto quantique ea res erit] quicumque in c(olonia) ... i(ure) d(icundo) p(raeerit) ... eam pecuniam in publicum redigito*. - 29 QVIS aes, cf. legem Tarent. 39. - 35/37 fortasse scribendum *quique limites per eos agros sunt erunt* (deletis vocabulis CVM et QVAEQVE VIAE QVAEQVE ITINERA et FVERVNTVE) Mommsen. - 40 vix licere solvere *qui colon(iae) huius c(olonis) colon(iae)* observavit Mommsen, qui restituit.

**Col. 24**

*erit ◦, ad ◦ eos ◦ rivos ◦ fontes ◦ lacus ◦ aquasque ◦ sta-*
*gna ◦ paludes ◦ itus ◦ actus ◦ aquae haustus ◦ iis ◦ item*
*esto, qui ◦ eum agrum habebunt ◦ possidebunt ◦, utì*
*ìis fuit ◦, qui ◦ eum ◦ agrum ◦ habuerunt ◦ possederunt.*
*Itemque ◦ ìis, qui ◦ eum ◦ agrum ◦ habent ◦ possident ha-*
*bebunt ◦ possidebunt ◦, itineris ◦ aquarum ◦ lex ius-*
*que esto.*
*LXXX* || *Quot ◦ cuique ◦ negotiì ◦ publice ◦ ìn ◦ colon(ia) ◦ de*
*decur(ionum) ◦ sen-*
*tentia datum erit ◦, is ◦, cui ◦ negotium ◦ datum ◦ erit ◦, e-*
*ius rei ◦ rationem decurionìb(us) ◦ reddito ◦ referto-*
*que ◦ in ◦ dieb(us) CL proxumis ◦, <quibus> it ◦ negoṭium ◦ confecerit*
*quibusve it ◦ negotium gerere ◦ desierit ◦, quot ◦ eius*
*fieri ◦ poterit ◦ s(ine) d(olo) ◦ m(alo).*
*LXXXI* || *Quicumque ◦ IIvir(i) ◦ aed(iles)ve colon(iae) Iul(iae) ◦ erunt ◦, iì scribis*
*suis ◦, qui ◦ pecuniam ◦ publicam colonorumque*
*rationes ◦ scripturus ◦ erit ◦, antequam ◦ tabulas*
*publicas scrib*⌜*a*⌝*t ◦ tractetve ◦, in contione ◦ palam*
*luci ◦ nundinis ◦ in forum ◦ ìus ìurandum ◦ adigi-*
*to ◦ per Iovem ◦ deosque Penates sese ◦ pecuniam ◦ pu-*
*blicam eius ◦ colon(iae) ◦ concustodìturum ◦ ratìones-*
*que ◦ veras ◦ habiturum ◦ esse, u(ti) ◦ q(uod) ◦ r(ecte) ◦ f(actum) ◦*
*e(sse) ◦ v(olet) ◦ s(ine) ◦ d(olo) ◦ m(alo) ◦, ne-*
*que ◦ se ◦ fraudem ◦ per litteras facturum ◦ esse ◦ s ◦ c(ientem)*
*d(olo) ◦ m(alo) ◦. Uti ◦ quisque ◦ scriba ◦ ìta ◦ ìuraverìt ◦, in tabulas*
*publicas ◦ referatur ◦ facito ◦. Qui ◦ ita ◦ non iurave-*
*rit ◦, is tabulas ◦ publicas ◦ ne ◦ scribito ◦ neve ◦ aes*
*apparitorium ◦ mercedemque ◦ ob ◦ e(am) ◦ r(em) ◦ kapito.*
*Qui ius ◦ iurandum ◦ non ◦ adegerit ◦, ei ◦ ⊂sestertium⊃ ⊂V milia⊃ ◦ mul-*
*tae ◦ esto ◦, eiusq(ue) pecuniae cui ◦ volet ◦ petitio per-*
*secutioq(ue) ◦ ex ◦ h(ac) ◦ l(ege) ◦ esto.*

*LXXXII* | | *Qui* ◦ *agri* ◦ *quaeque* ◦ *silvae quaeq(ue)* ◦ *aedificia* ◦ *c(olonis)* ◦
*c(oloniae)* ◦ *G(enetivae)* ◦ *Ì(uliae),*
*quibus* ◦ *publice utantur* ◦, *data* ◦ *adtributa* ◦ *e-*
*runt* ◦, *ne quis* ◦ *eos agros neve* ◦ *eas* ◦ *silvas* ◦ *ven-*
*dito neve locato* ◦ *longius quam* ◦ *in quinquen-*
*nium, neve* ◦ *ad* ◦ *decuriones* ◦ *referto* ◦ *neve* ◦ *decu-*
*rionum* ◦ *consultum* ◦ *facito* ◦, *quo* ◦ *ei* ◦ *agri eaeve*
*silvae veneant aliterve* ◦ *locentur. Neve si* ◦ *ve-*
*nierint* ◦, *it* ◦ *circo minus* ◦ *c(oloniae)* ◦ *G(enetivae)* ◦ *Iul(iae)* ◦ *sunto.*
*Quique iìs*
*rebus fructus* ◦ *erit, quot* ◦ *se emisse dicat* ◦, *is* ◦ *ìn*
*ìuga* ◦ *sing(ula)* ◦ *inque* ◦ *annos sìng(ulos)* ◦ *⊂sestertium⊃* ◦ *C*
*c(olonis)* ◦ *c(oloniae)* ◦ *G(enetivae)* ◦ *Iul(iae)* ◦ *d(are) d(amnas)*
*[esto, eiusque pecuniae qui volet petitio persecutiove ex h(ac) l(ege) esto.- - -]*

1 QVE del. Hübner, sed cf. Crawford 1996, 439. - 17 SCRIBET aes, em. Crawford. - 18 *in forum <verso>* suppl. Crawford ex leg. Lat. tab. Bant. v. 17/18. - 26 KARITO visum est anterioribus in aere, litt. R quidem quam putabant est P, cuius cornu inferius dextrorsum longius productum est. - 27/28 ~~HS~~ IↃↃ scriptum. *⊂V milium⊃ multa{e}* Hübner. - Suppl. Hübner.

**Tab. VI col. 25-27 cap. LXXXII ex. - XCI in. están perdidas.**

Tab. VII col. 28-32 cap. XCI ex. - CVI in. Parte a (n. inv. 18628)
58,5/59,2 x 89,7-89,2 x 0,6/0,7 cm. Parte b (n. inv. 18629)
58,5/69 x 68,5/69 x 0,7/0,8 cm.

- - - - - -
*[- - - si quis ex h(ac) l(ege) decurio augur pontifex c(oloniae) G(enetivae)*
*Iul(iae) factus creatusve]*

**Col. 28**

*erit* ◦, *tum quicumque* ◦ *decurio* ◦ *augur* ◦ *pontifex* ◦ *huiusque*
*col(oniae)* ◦ *domicilium* ◦ *in ea col(onia)* ◦ *oppido* ◦ *propiusve* ◦ *it* ◦
*oppidum* ◦ *p(assus)* ◦ *⊂mille⊃*
*non habebit* ◦ *annis* ◦ *V* ◦ *proxumis* ◦, *unde* ◦ *pignus* ◦ *eius quot* ◦ *satis*
*sit* ◦ *capi* ◦ *possit* ◦, *is* ◦ *in* ◦ *ea*
*col(onia)* ◦ *augur* ◦ *pontif(ex)* ◦ *decurio* ◦ *ne* ◦ *es-*
*to* ◦, *qui<q>ue* ◦ *IIviri* ◦ *in* ◦ *ea col(onia)* ◦ *erunt* ◦, *eius nomen* ◦ *de*
*decurio-*
*nibus* ◦ *sacerdotibusque* ◦ *de tabulis publicis* ◦ *eximendûm*
*curanto, u(ti)* ◦ *q(uod)* ◦ *r(ecte)* ◦ *f(actum)* ◦ *e(sse)* ◦ *v(olent)* ◦,
*i* ◦ *dq(ue)* ◦ *eos* ◦ *IIvir(os)* ◦ *s(ine)* ◦ *f(raude)* ◦ *s(ua)* ◦ *f(acere)* ◦
*l(iceto)* ◦.

© Ediciones Universidad de Salamanca

XCII | | *IIviri ◦, quicumque ◦ in ea ◦ colon(ia) ◦ mag(istratum) ◦ habebunt, ei de legationibus publice mittendis ◦ ad decuriones ◦ referunto ◦, cum m(aior) ◦ p(ars) ◦ decurion(um) ◦ eius ◦ colon(iae) ◦ aderit, quot ◦ que ◦ de ◦ his ◦ rebus maior pars ◦ eorum qui ◦ tum ◦ aderunt ◦ constituerit ◦, it ius ratumque esto ◦. Quamque ◦ legationem ◦ ex h(ac) ◦ l(ege) ◦ ex ◦ ve d(ecurionum) d(ecreto) ◦, quot ◦ ex hac ◦ lege ◦ factum ◦ erit, obire oportuerit neque ◦ obi ◦ erit ◦ qui ◦ lectus erit ◦, is pro se vicarium ex ◦ eo ◦ ordine, uti ◦ hac ◦ lege deve <d(ecurionum) d(ecreto)> ◦ d(ari) o(portebit) ◦, dato. Ni ◦ ìta ◦ dederit ◦, ìn res ◦ sing(ulas) ◦, quotiens ita non fecerit, ⊂sestertium⊃ ⊂X milia⊃ colon(is) ◦ huiusque col(oniae) ◦ d(are) ◦ d(amnas) ◦ e(sto) ◦, eiusque pecuniae cui volet petitio persecutioque esto.*

XCIII | | *Quicumque IIvir ◦ post ◦ colon(iam) deductam factus creatusve erit quive praef(ectus) {qui} ab IIvir(o) e lege huius coloniae relictus erit, is de loco publico neve pro loco publico neve ab redemptorẹ ◦ mancipe praed(e)ve donum munus mercedem aliutve quid kapito neve accipito, neve facito, quo quid ex ea re at se suorumve quem perveniat. Qui atversus ea fecerit ◦, ìs ⊂sestertium⊃ ◦ ⊂XX milia⊃ ◦ c(olonis) ◦ c(oloniae) ◦ G(enetivae) ◦ Iul(iae) ◦ d(are) ◦ d(amnas) ◦ e(sto) ◦, eiusque pecuniae cui voḷet petitio persecutioque esto.*

XCIIII | | *Ne quis in hac colon(ia) ◦ ius dicito nẹve cuius in ea colon(ia) iuris dictio esto nisi IIvir(i) aut quem IIvir{i} praef(ectum) reliquerit aut aedil(is) ◦, uti ◦ h(ac) ◦ l(ege) ◦ o(portebit) ◦. Neve quis pro ⌜qu⌝o imper(io) ◦ potestat(e)ve facito, quo quis in ea colonia ius dicat, nisi quem ex ◦ h(ac) ◦ ḷ(ege) ◦ dicere oportebit.*

XCV | | *Qui reciperatores dati erunt, si eo die quo iussi erunt non iudicabunt, IIvir praef(ectus)ve, ubi ◦ e(a) ◦ r(es) ◦ a(getur) ◦, eos rec(iperatores) ◦ eumque, cuius res ◦ a(getur) ◦, adesse iubeto diemque cer-*

Initium suppl. Mommsen apud Hübner II 5439 et eid. $I^2$ 594. - 2 scriptum P ↀ. - 5 QVIVE aes, Q addidit Rodríguez Berlanga. - 6 EXIMENON in aere visum est González. - 7 ex. S ◦ F ◦ S ◦ F ◦ L in aere correctum fuisse ex S ◦ F ◦ F ◦ F ◦ L perspexit Hübner. - 14 pro *is pro se vicarium ... dato ni ita dederit* scribendum fuisse *nec pro se vicarium ... dederit* visum est Mommsen apud Hübner II 5439 et eid. $I^2$ 594. - 15 DEVE ◦ DO ◦ DATO aes, *de(curionum)ve d(ecreto) <dari>* suppl. Rodríguez Ber-

© Ediciones Universidad de Salamanca 

langa, *deve <d(ecurionum) d(ecreto)>* Crawford. - 16 HS CCIƆƆ scriptum. - 20 QVI del. Hübner. - 20/21 COLONIAE ... PRO LOCO om. González 1990. - 25 HS CCIƆƆ CCIƆƆ scriptum. - 29 EO aes, em. Mommsen. - 31 caelator primum scripsit OPORTERIT (OPORTERE sive OPORTERI anteriores), continuo correxit. - 34 et 35 *a(getur)* Crawford, *a(gitur)* cet.

**Col. 29**

*tum dicito ◦, quo die atsint, usque ateo, dum e(a) ◦ r(es) ◦*
*iudicata erit ◦. Facitoque, uti ◦ e(a) r(es) ◦ in diebus XX*
*proxumis ◦, quibus ◦ d(e) ◦ e(a) r(e) rec(iperatores) ◦ dati ◦ ìussive e-*
*runt ◦ iudicare ◦, iudic(etur) ◦, u(ti) ◦ q(uod) ◦ r(ecte) ◦ f(actum) ◦*
*e(sse) ◦ v(olet) ◦. Testibusque*
*in eam rem publice dum taxat ◦ h(ominibus) XX ◦, qui colon(i)*
*incolaeve erunt, quibus {h}is qui rem quaere-*
*⌜t⌝ volet, denunṭịẹtur facito. Quibusq(ue) ita tes-*
*timonium ◦ ⌜d⌝enuntiatum erit quique in tes-*
*timonio dicendo nominati erunt, curato,*
*uti ◦ at ◦ it ◦ iudicium atsint. Testimoniumq(ue)*
*si quis quit earum rer(um) ◦, quae res tum age-*
*tur, sciet aut audierit, iuratus dicat faci-*
*to, uti ◦ q(uod) ◦ r(ecte) ◦ f(actum) ◦ e(sse) ◦ v(olet) ◦, dum ne omnino amplius*
*h(omines) XX ◦ in iudicia singula testimonium dice-*
*re cogantur. Neve quem invitum testimo-*
*nium dicere cogito, cui ei, quae ◦ r(es) ◦ tum age-*
*tur, gener socer vitricus privignus patron(us)*
*lib(ertus) consobrinus <sit> propiusve eum ea cogna-*
*tione atfinitate{m}ve contingat. Si IIvir*
*praef(ectus)ve, qui ea<m> re<m> colon(is) petet, non ade-*
*rit ob eam rem, quot ei morbus sonticus*
*vadimonium iudicium sacrificium funus*
*familiare feriaeve de⌜n⌝icales erunt, quo*
*minus adesse possit, sive is propter magistra-*
*tu⌜m⌝ potestatemve ◦ p(opuli) ◦ R(omani) ◦ minus atesse poterit,*
*quo magis eo absente de eo, cui ◦ {i}is negotium*
*facesset, recip(eratores) ◦ sortiantur ◦ reiciantur res iu-*
*dicetur, ex ◦ h(ac) ◦ l(ege) ◦ n(ihil) ◦ r(ogatur) ◦. Si privatus petet et is, cum*
*de ea re iudicium fieri oportebit, non aderit*
*neque arbitratu IIvir(i) praef(ecti)ve, ubi ◦ ẹ(a) r(es) ◦ a(getur) ◦, excu-*
*sabitur e⌜i⌝ harum quam causam esse, quo minus*
*atesse possit, morbum sonticum vadimonium*
*ìudicium sacrificium funus familiare feria⌜s⌝*
*de⌜n⌝icales eumve propter mag(istratum) potestatemve*

© Ediciones Universidad de Salamanca 

*p(opuli) ∘ R(omani) ∘ atesse non posse{t}, post ei earum, quarum r(erum)*
*h(ac) l(ege) ∘ quaestio erit, actio ne ∘ esto ∘. Deq(ue) ∘ e(a) ∘ r(e) ∘ si ∘ remps*

1 ATSINT in aere correctum ex NTSIVT. - 6/7 QVAERE|RE, - 8 RENVNTIATVM, - 16 EI ∘ QVAE aes, *ei ⌜cuia⌝ r(es)* em. Mommsen conferens Cic. Verr. II 1, 142: *ut optima condicione sit is cuia res sit*; quem secuti sunt omnes Crawford excepto. - 18 SIT suppl. Rodríguez Berlanga. - 20 EA RE COLON aes, *e⌜x⌝ re colon(iae)* em. Dernburg, *ea<m> re<m>* Rodríguez Berlanga, Mommsen, Crawford, *ea {re} colon(ia)* D´Ors. - 20/21 post *non ade|rit* talia excidisse visa sunt Mommsen: *cum de ea re iudicium fieri oportebit, eo absente de eo cui is negotium facesset recipe-ratores sortiuntor reiciuntor res iudicator: si non aderit*. - 23 et 34 DEDICALES aes, corr. Rodríguez Berlanga. - 24/25 MAGISTRA|TVS aes, em. Crawford, item suppl. v. 34. - 31 ET, - 33 FERIAE, - 35 EARVM QVARVM R ∘ R (altera R ex P correcta) aes, solvit Crawford, qui litt. R duplicatis pluralem indicari explanavit, *earum ⌜rerum quarum⌝* Hübner, cet.

**Col. 30**

*lex resque esto ∘, qu⌜a⌝s<i> si neque iudices re⌜i⌝ecti neq(ue) recip(eratores)*
*in eam rem dati essent.*

*XCVI* | | *Si quis decurio eius colon(iae) ab IIvir(o) praef(ecto)ve postulabit,*
*uti ad decuriones referatur, de pecunia publica de-*
*que multis poenisque deque locis agris aedificis*
*publicis quo ⌜p⌝acto qu<a>eri iudicarive oporteat, tum*
*IIvir{i} qui{q}ve iuri dicundo praeri⌜t⌝ ∘ d(e) ∘ e(a) ∘ r(e) ∘ primo*
*quoque die decuriones consulito decurionum-*
*que consultum facito fiat, cum non minus m(aior) ∘ p(ars) ∘*
*decurionum atsit ∘, `cum´ ea re<s> consuletur. Uti ∘ m(aior) ∘ p(ars)*
*decurionum, qui tum ader⌜u⌝nt, censuer(int) ∘, ita ius*
*ratumque esto.*

*XCVII* | | *Ne quis IIvir neve quis pro potestate in ea colon(ia)*
*facito neve ad decur(iones) referto neve ∘ d(ecurionum) ∘ d(ecretum) ∘ facito*
*fiat, quo quis colon(is) colon(iae) ∘ patron(us) sit atoptetur-*
*ve praeter eum, qu⌜i⌝ c(urator) ∘ a(gris) ∘ d(andis) ∘ a(tsignandis) ∘ i(udicandis) ∘ ex lege Iulia est, eum-*
*que, qui eam colon(iam) ∘ deduxerit, liberos posteros<q>ue*
*eorum, nisi de ∘ m(aioris) ∘ p(artis) decurion(um), <qui tum ad>erunt, per tabellam*
*sen ∘ tentia{m} ∘, cum ∘ non minus ∘ L ∘ aderunt, cum ∘ e(a) ∘ r(es)*
*consuletur. Qui atversus ea fecerit, ⊂sestertium⊃ ⊂V milia⊃ colon(is)*
*eius colon(iae) ∘ d(are) ∘ d(amnas) ∘ esto, eiusque pecuniae colon(orum) eius*
*colon(iae) cui volet petitio esto.*

*XCVIII* | | *Quamcumque munitionem decuriones huius-*
*ce coloniae ∘ decreverint ∘, si ∘ m(aior) ∘ p(ars) ∘ [[++]] decurionum*

*atfuerit, cum ◦ e(a) ◦ r(es) ◦ consuletur ◦, eam munitionem fieri liceto, dum ne amplius ◦ in annos sing(ulos) inque homines singulos ◦ puberes operas quinas et ìn iumenta ◦ plaustraria ◦ ìuga sing(ula) operas ternas decernant. Eique munitioni ◦ aed(iles), qui tum erunt, ex d(ecurionum) ◦ d(ecreto) ◦ praesunto. Uti decurion(es) censuerint, ita muniendum curanto, dum ne invito eius opera exigatur, qui minor annor(um) XIIII aut maior annor(um) LX natus erit. Qui in ea colon(ia) intrave eius colon(iae) fines domicilium praediumve habebit ◦ neque ◦ eius ◦ colon(iae) colon(us) ◦ erit ◦, is eidem munitioni uti colon(us) ◦ pare{n}to.*

*XCVIIII || Quae aquae publicae in oppido colon(iae) Gen(etivae)*

1 QVOS SI NEQVE IVDICES RELECTI aes, *qu⌜a⌝s<i> si neque iudices ⌜d⌝electi* em. Hübner, *re⌜i⌝ecti* Crawford conferens Cic. Verr. II 3, 28. - 3 IIVIR in aere corr. ex OIVIR vel DIVIR. - 6 FACTO QVERI aes, *⌜p⌝acto qu(a)eri* em. Huschke, Crawford, *facto* retinendum censuit Bücheler. - 7 IVRI aes, cum alibi *iure* scriptum sit. PRAERIE aes. - 10 CVM inter versus interpositum est. - 11 ADERINT aes, em. Crawford, qui in fine litteras duas erasas esse affirmavit, perperam. – 16 QVE aes; litteras singulares solvit E. Badian apud Crawford ex lege Iul. agr. cap. V, *⌜c⌝u⌜i⌝ c(olonis) a(grorum) d(andorum) a(tsignandorum) i(us)* solverunt anteriores. - 18 restituit Rodríguez Berlanga. - 20 FECERI+(hasta acclivis) Hübner, FECERI Mommsen. ~~HS~~ IↃↃ scriptum. - 24 post M ◦ P ◦ erasae fuerunt litterae duae (vix D D, quae visae sunt Hübner).

**Col. 31**

*adducentur, IIvir(i), qui tum erunt, ad decuriones, cum duae partes aderunt, referto, per quos agros aquam ducere liceat. Qua p⌜a⌝⟦r⟧s maior decurion(um), qui tum aderunt, duci decreverint, dum ne per it aedificium, quot non eius rei causa factum sit, aqua ducatur ◦. Per eos agros aquam ducere i(us) ◦ p(otestas) ◦ que esto, neve quis facito, quo minus ita aqua ducatur.*

*C || Si quis colon(us) aquam in privatum caducam ducere volet isque at IIvir(um) adierit posṭuḷabit<q>ue, uti ad decurion(es) referat, tum is IIvir, a quo ìta postulatum erit, ad decuriones, cûm non minus XXXX aderunt, referto. Si decuriones m(aior) p(ars), qui tum atfuerint, aquam caducam in privatum duci censuerint, ìta `ea´ aqua ◦ uṭaṭur, quo⌜t⌝ sine privati{m} iniuria fiat ◦, ì(us) ◦ potest(as)que e(sto) ◦.*

© Ediciones Universidad de Salamanca 

*CI* | | *Quicumque comitia magistrat<ib>us creandis subrogandis habebit, is ni qu⸢em⸣ eis comitis pro tribu accipito neve renuntiato neve renuntiari ìubeto, qui <in> e⸢a⸣rum qua{e} causa erit, qua{e} eum ◦ h(ac) ◦ ḷ(ege) ◦ in colon(ia) decurionem nominari creari inve decurionibus esse non oporteat non liceat.*

*CII* | | *IIvir, qui h(ac) ◦ l(ege) ◦ quaeret ◦ iud(icium) ◦ exercebit, quod iudicium uti uno die fiat ◦ h(ac) ◦ l(ege) ◦ praestitu<tu>m non est, ne quis eorum ante ◦ h(oram) ◦ Ị ◦ neve post horam XI ◦ diei quaerito neve iudicium exerceto. Isque IIvir ìn singul(os) accusatores, qui eorum delator erit ◦, ei ◦ h(oras) ◦ IIII ◦, qui subscriptor erit ◦, h(oras) ◦ II ◦ accusandi potest(atem) ◦ facito. Si quis accusator de suo tempore alteri concesserit, quot eius cuique concessum erit, eo amplius cui concessum erit dicendi potest(atem) facito. Qui de suo tempore alteri concesserit, quot eius cuique concesserit, eo minus ei dicendi potest(atem) facito. Quot horas omnino omnib(us) accusatorib(us) in sing(ulas) ◦ actiones dicendi potest(atem) fieri oporteb(it) ◦, totidem horas et alterum tantum ◦ reo ◦ quive pro eo dicet in sing(ulas) ◦ actiones*

3 PR[[R]]S aes, PRẠS Mommsen, EE III p. 111, PARS Rodríguez Berlanga, em. Hübner, inde Mommsen I² 594. - 11 em. Rodríguez Berlanga. - 15 EA inter versus insertum est; QVOE aes. - 17 em. Rodríguez Berlanga. - 18 NI aes, quod defendit Crawford, *n⸢e⸣* em. Hübner, cet. QVA aes, em. Rodríguez Berlanga. - 19 RENVNTIARI in aere correctum esse ex DENVNTIARI visum est anterioribus, perperam. - 20 in. QVI EORVM QVAE aes, corr. sic fere Rodríguez Berlanga ex leg. Malac. cap. 54, deinde idem em. *erit, <e> qua{e}; erit, qua{e}* Crawford. - IVM in aere corr. in EVM, IVM Hübner, TVM primo Rodríguez Berlanga, deinde (p. 270) rectum exhibuit. - 23 *iud(icium)<ve>* em. Hübner, item cet. Crawford excepto.

**Col. 32**

*dicendi potest(atem) facito.*

*CIII* | | *Quicumque in coḷ(onia) ◦ Genet(iva) ◦ IIvir praef(ectus)ve ◦ ì(ure) ◦ d(icundo) praerit, is (!) colon(os) incolasque contributos quocumque tempore colon(iae) ◦ fin(ium) ◦ d⸢efen⸣dendorum causa ◦ a ◦ rmatos educere decurion(es) cen(suerint), quot ◦ m(aior) ◦ p(ars) ◦, qui tum ◦ aderunt, decreverint ◦, id ◦ e(i) ◦ s(ine) ◦ f(raude) ◦ s(ua) ◦ f(acere) ◦ l(iceto) ◦. Isque IIvir (!) aut quem IIvir armatis praefecerit ìdem ius eademque anima{a}dversio esto, uti ◦ tr(ibuno) ◦ mil(itum) ◦ p(opuli) ◦ R(omani) ◦ in exercitu ◦ p(opuli) ◦ R(omani) ◦ est ◦, itque ◦ e(i)*

© Ediciones Universidad de Salamanca 

*s(ine) ◦ f̣(raude) ◦ s(ua) ◦ f(acere) ◦ l(iceto) ◦ i(us) ◦ p(otestas) ◦*
*que ◦ e(sto) ◦, dum it, quot*
*m(aior) p(ars) decurionum decreverit, qui tum aderunt, fiat.*
*CIIII* | | *Qui ◦ limites decumani ◦ quẹ ◦ intra*
*fines ◦ c(oloniae) ◦ G̣(enetivae) ◦ deducti ◦ facti-*
*que ◦ erunt ◦, quaecumq(ue) ◦ fossae ◦ limitales ◦ in eo ◦ ạgro ◦ erunt ◦,*
*qui iussu ◦ C(ai) ◦ Caesaris ◦ dict(atoris) ◦ imp(eratoris) ◦ et ◦ lege*
*Antonia ◦ senat(us) ◦ que*
*c(onsultis) ◦ pl(ebi) ◦ que ◦ sc(itis) ◦ ager ◦ datus atsignatus ◦ erit ◦, ne*
*quis ◦ limites ◦*
*decumanosque opsaeptos ◦ neve quit ◦ ìmmolitum ◦ neve ◦*
*quit ◦ ibi ◦ opsaẹptum habeto, neve eos arato ◦ neve ◦ e⌜a⌝s fossas ◦*
*opturato ◦ neve ◦ opsaepito, quo minus ◦ suo ◦ ìtinere ◦ aqua ◦*
*ìre ◦ fḷuẹre ◦ possi`t´. Si quis ◦ atversus ◦ ea ◦ quit fecerit ◦, ìs ◦ ìn*
*res sing(ulas), quotienscum ◦ q(ue)*
*fecerịt, ◦ ⊂sestertium⊃ ◦ ⊂mille⊃ ◦ c(olonis) ◦ c(oloniae) ◦ G̣(ene*
*tivae) ◦ I(uliae) ◦ d(are) ◦ d(amnas) ◦ esto ◦,*
*eiusq(ue) pecun(iae) ◦ cui volet ◦ petitio ◦ p(ersecutio) ◦ q(ue) esto ◦.*
*CV* | | *Si quis quem decurion(em) indig̣num ◦ ḷoci ◦ aut ◦ ordinis ◦ de-*
*curionatus ◦ esse ◦ dicet ◦, praetẹrquam quot ◦ libertinus ◦*
*erit ◦, et ◦ ab ◦ IIvir(o) ◦ postulabitur, uti de ea re iudici-*
*um ◦ reddatur ◦, IIvir quo de ea re in ìus aditum erit ◦,*
*ius ◦ dicito ◦ iudiciaque reddito. Isque ◦ decurio,*
*qui ◦ iudicio condẹmnatus erit, postea ◦ decurio*
*ne esto ◦ neve in decurionibus sententiam ◦ dici-*
*to neve ◦ IIvir(atum) ◦ neve aedilitatem ◦ petito neve*
*quis IIvir ◦ comitis suffragio ◦ eius ◦ rationem ◦*
*habeto neve ◦ IIvir(um) ◦ neve ◦ aedilem ◦ renunti-*
*ato neve renuntiari ◦ sinito ◦.*
*CVI* | | *Quicumque c(olonus) ◦ c(oloniae) ◦ G̣(enetivae) ◦ erit, quae ìussu*
*C(ai) ◦ Caesaris ◦ dicṭ(atoris) ◦ ded(ucta) ◦*
*est, ne que<m> in ea col(onia) ◦ coetum conventum ◦ coniu-*
*[rationem - - -]*

2 ÌS et 5/6 IS | QVE aes, anacoluthum retineri posse censuit Crawford, ⌜*eum*⌝ et ⌜*ei*⌝|*que IIvir(o)* em. Mommsen. - 3 *contributos<que>* Huschke, fortasse recte. - 4 DIVIDENDORVM aes, *d⌜efen⌝dendorum* vel ⌜*tuen*⌝*dendorum* Hübner - 6 ANIMA ◦ ADVERSIO aes. - 10-19 cap. CIIII paene integrum e legis Iuliae agrariae (Crawford 1996, 763-777 n. 54) cap. IIII sumptum est, unde adscripserunt Hübner et Mommsen I$^2$ 584. - 13 *senat(us)que c(onsulto) pl(ebi)que sc(ito)* Mommsen. - 15 EIS aes, EAS lex Iul. agrar. cap. IIII. - 17 litt. T in POSSIT postea addita minore modulo. - 18 ~~HS~~ ↀ scriptum. - 20 *decurion(em)* solvit Crawford, *decurion(um)* cet. - 26 in. N[E] Hübner in exemplo, NE in im. typogr. - 27 PETITO in aere corr. ex PETITIO. - 32 COETVM in aere corr. ex COÌTVM.

**Tab. VIII col. 33-37 cap. CVI ex. - CXXIII in.**

Perdida a excepción de once fragmentos (de los que uno está compuesto de dos fragmentos que casan) encontrados en El Rubio. Mantenemos la numeración de D´Ors, aunque seguimos a Crawford en cuanto a la colocación de los fragmentos.

**Col. 33**

Frg. 1 (n. inv. 71214): (9,4) x (11) cm.

\- - - - - -
*IIvir(?) ∘ qu[- - -]*
*esto.*
CVIIII | | *Cui ∘ pupillo ∘ pupill[aeve mulierive col(onis) col(oniae) Gen(etivae) Iul(iae) in His]-*
*pania ∘ tutor ∘ nọ[n erit incertusve erit, si is pupil]-*
*lus ∘ eave ∘ pup(illa) ∘ mul[ierve at IIvir(um) adierit et pos]-*
*tulabit ∘, uti ∘ sibi ∘ tu[torem det et nominabit quem tuto]-*
*rem ∘ sibi ∘ dari ∘ ṿ[olet, tum is IIvir, a quo ita pos]-*
*ṭuḷạṭụ[m erit - - -]*
\- - - - - -

Mata Carriazo 1931, 19-20; D´Ors 1941, 141-147 frg. 1 (AE 1946, 123, 1); Mallon 1943, 207-209 frg. 1 (= 1982, 62-63); D´Ors 1946, 224-227 (ex anterioribus Wenger 1949, 251-254) et 1953, 241-245 (Degrassi I$^2$ p. 916-917 ad n. 594); González 1990, 43-44 frg. A et 1991/96, 611 frg. A; Crawford 1986, 239 et 1996, 411. 446-447. - Cf. Schulz 1948, 450-460; D´Ors apud Wenger 1949, 254-256 et 1953a, 415-428.

V. 5 pro litt. P scriptum ꟼ, ut genus femininum indicaretur.

3 ex. PVPILLAE MVLIERIVE COL[- - -] D´Ors 1946 errore aperto. - 5 FAVE Mata Carriazo, - MV[- - -] Mata Carriazo, D´Ors 1941. - 6 ∘ VEI SIBI ∘ +(hasta recta)[- - -] Mata Carriazo; T[VTOREM - - -] D´Ors 1941. - 7 REM ∘ SIBI ∘ DA[- - -] Mata Carriazo. - 8 om. Mata Carriazo et D´Ors 1941, ṬṾḶẠṬ[- - -] Mallon, D´Ors 1946 et postea, Crawford.

Cap. CVIII restituit D´Ors 1953 (et sim. iam antea) ad leg. Salpens. cap. XXVIII, nimis audacter, cf. Wenger 1949, 257; Crawford 1996, 446, in fine (v. 1-2) suppl. *[... qui servus ita aput eos] | IIvir(os) qu[i i(ure) d(icundo) p(raeerunt) eius colon(iae) G(enetivae) I(uliae) manumissus erit liber] | esto* vel fortasse *IIvir q(ui) [i(ure) d(icundo) p(raeerunt) actio petitio persecutioque] | esto.*

Cap. CVIIII (v. 3-8) supplevimus cum Crawford. D´Ors 1953 suppl. ita: *Cui pupillo pupill[aeve mulierive col(onis) col(oniae) Gen(etivae) Iul(iae) in His]- | pania tutor no[n erit incertusve erit, et is pupil] | lus eave pup(illa) mul[ierve ab IIvir(is) q(ui) i(ure) d(icundo) p(raeerunt) eius col(oniae) pos] | tulabit, uti sibi tu[torem det et nominabit quem tuto] | rem sibi dari v[olet, tum is IIvir, a quo ita tutor pos] | ṭuḷạṭụ[s erit - - -]*. V. 3 ex./4 *[... si is pupil] | lus* suppl. iam Schulz. V. 7ex./8 *pos | tulat[um erit - - -]* Crawford.

© Ediciones Universidad de Salamanca

Finem cap. CVIIII secundum legem Salpens. cap. XXIX v. 38-44 (cf. D´Ors 1953, 300-309) restituit D´Ors 1946. Quae restituit Schulz 1948, reiecit D´Ors 1953 et 1953a, at res minus certa est, cf. Crawford 1996, 447.

**Col. 35**

Huius columnae certe est frg. 6 propter marginem dextrum, in quo dispiciuntur conferruminationis antiquae vestigia. Ex scriptura simillima eidem columnae adsignavit Crawford 1996 frg. 10 (summae columnae, contra Mallon, qui summae col. 37 putavit) et 7.

Frg. 10 (n. inv. 71223): (6,5) x (9,5) cm.

*[- - - d]eb ◦ eto ◦ neve ◦ cui ◦ [- - -]*
*[- - -]+ ◦ ea ◦ dicta ◦ erit ◦ pet[- - -]*
*[- - - qui]cumque ◦ eru[nt - - -]*
- - - - - -

D´Ors 1941, 154 frg. 10 (AE 1946, 123, 4); Mallon 1943, 214-218 frg. 10 (= 1982, 65-67); D´Ors 1946, 234 (ex anterioribus Wenger 1949, 272) et 1953, 251-252 (Degrassi I² p. 916-917 ad n. 594); González 1990, p. 46 frg. J et 1991/96, 611 frg. J; Crawford 1986, 241 et 1996, 411. 447.

2 in. + fuit aut A aut M; om. D´Ors 1941, [- - -ADVERSV]S Mallon, inde D´Ors 1946 et postea, [- - -]Ṣ Crawford 1986, González, *[cu]ṃ* Crawford. - 3 [- - -]CVI QVE D´Ors 1941.

1 restituit D´Ors 1953. - 2 ex. *pet[itio? - - - ]* D´Ors 1941, qui 1953 suppl. ita: *[- - - si sententia adversu]s ea dicta erit pet[itio qui volet esto - - -?]*. - V. 3 iungendum esse cum litteris *II[- - -]* | *C[- - -]* col. alterius frg. 5 et restituendum *II[viri qui]cumque eru[nt - - -]* | *C[XX - - -]* proposuit Mallon (inde D´Ors 1946 et postea, Crawford 1986), perperam.

Cum legis Latii cap. LXVI (*de multa, quae dicta erit*) contulit Crawford dubitans.

Frg. 6 (n. inv. 71219): (14,5) x (10) cm.

- - - - - -
*[- - -]ụnṭ*
*[- - - ]ỊN+ERINT*
*[- - - le]g̣ito ◦ ìta ◦ ut ◦ ex*
*[- - - iu]dices ◦ legant*
*[- - - iudic]es ◦ legat ◦ ni-*
*[si - - -]+ ◦ non ◦ erit*
*[- - -] ạn(nos) ◦ XX ◦ na-*
*[tus- - -]ịs ◦ causa*
*[ - - -] iudic(- - -} ◦ ++*
*[- - -]min[us?]*
- - - - - -

D´Ors 1941, 150-152 frg. 6 (AE 1946, 123, 2); Mallon 1943, 209-210 frg. 6 (= 1982, 63); D´Ors 1946, 228-229 (ex eis Wenger 1949, 267-269); D´Ors 1953, 246-247 (Degrassi I[2] p. 916-917 ad n. 594); González 1990, p. 45 frg. F et 1991/96, 611 frg. F; Crawford 1986, 239 et 1996, 411. 447.

1 *[- - - s]unt* D´Ors. - 2 [- - -]ỊNṬERINT Mallon, *[- - - s]int erint* D´Ors, *[- - -] inierint* Crawford; + fuit aut I aut T. - 3 *[- - - iudices le]gito* D´Ors, qui suppl. v. 4-5. - 6 + fuit V aut N, hoc intellexerunt omnes, *[- - - eius colo]n(iae)* D´Ors. - 8 *[tus erit qui iud(icio) publico praevarication]is* D´Ors, [- - -]S Crawford 1986. - 9 *[- - -] iudic(es) le | [gat - - -]* D´Ors 1941 et 1946, IVDICIE Mallon, unde *iudic(es) i(n) e(a) [colonia* vel *re]* restituit D´Ors 1953, *iudici e* Crawford 1986, *iudic(- - -) ḷe[- - -]* 1996; ++ sunt prior linea recta, quae fortasse fuit I vel P, vix L, altera fuit E aut F.

D´Ors 1941 suppl. v. 5 ex./6 *ni | [si qui colonus incolave eius colo]n(iae) non erit*, postea supplementis se abstinuit. V. 7-9 *[- - - qui maior annis LX minorve] an(nis) XX na | [tus erit qui iud(icio) publico praevarication]is causa | [condemnatus erit - - -]*, v. 10 supplendum sive [- - - *qui domiciliu]m in [ea colonia habuerint]* (haec iam 1941) sive *[- - -] min[ores - - -]* proposuit D´Ors 1953, *[- - -] min[us? - - -]* Crawford 1996; in fine desiderantur duae litterae, certe non plures quam tres.

Cap. CXIIII adsignavit D´Ors 1953. Conferens legis Latii cap. LXXXVI Crawford 1996 ad v. 6 cogitavit de iudice, *[- -- qui in colo]n(ia) non erit* sive *[- - - cuius in albo nome]n non erit.*

Frg. 7 (n. inv. 71220): (5) x (9) cm.

- - - - - -
*[- - -]Q[- 9? -] ịṭa ◦ lẹ[cti - - -]*
*[- - - ta]bula in ◦ albo ◦ in puḅ[lico - - -]*
